



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Quænam communicatio operum. parag. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

Inquires Tertiò. An per obtentam, vel obtinendam Indulgentiam possit Confessarius nullam pœnitentiam imponere pœnitenti vel pœnitens impositum omittere, si Indulgentia fuit plenaria, vel illam diminuere ad proportionem Indulgenciarum, si ea partialis fuit, qualis est hæc, quam in præsenti clausula explicamus. An, inquam, possit ob illam rationem, quod jam per Indulgenciam pœnitens satisfacit pœnæ sibi debitæ, propter quam solam satisfactionem imponitur pœnitentia vindicativa, de qua solum hic loquuntur esse potest: nam veram Medicinalem semper esse necessario exhibendam, nec a pœnitente omitti posse, jam scimus.

Respondeo, non posse omitti, sed semper a *Suar. 10.* esse exhibendam docet Suarez a *Sed posse,*
4. in 3. par. concedit, propter rationem jam dictam, alias d. 38. sec. que, Delugo, b addens hanc esse sententiam
10. nro. 10. communem Doctorum.
b *Delug. de* Ego, quamvis videam, hanc communem
Poenit. d. sententiam esse admodum re ipsa probabili-
27. nro. 22. lem, de qua aliquid indicavit in Methodo
e *Method.* Confess. quia tamen ea supponit, te lucratum
expc. Conf. esse; vel lucratum Indulgentiam, id, quod
l. 4. c. 1. a certè communiter non caret aliqua incerti-
num. 6. tudine propter multas conditiones, quæ re-
quiruntur ad Indulgentias certè acquirendas:
id est in praxi semper à Confessario injungatur
pœnitentia in Confessione, & à pœnitente adimplatur: ut nimirum securi simus de
d *Bard. p. 2.* adhibita satisfactione, & ita notat Bardi. d
tr. 4. cap. I
sec. 3.

§. II.

Quoniam Communicatio Operum hic con-
cedatur.

1. Inter justos constitutos in Ecclesia sub uno Capite Christo adesse Communica-
tionem Operum, quam fatemur in Symbolo ibi (*Sanctorum Communionem.*) de fide certum est: sed in quoniam ea consistit?

Sanè, non solum consistit in influxu, quo Christus Dominus, tamquam caput in sua membra gratias impertit, & in Communicatione Sacramentorum omnibus Fidelibus communium; verum etiam in eo, quod quilibet justus possit applicare sua opera & de facto applicet, quando ei liber, in satisfactionem pœnarum, quas alii debent pro suis culpis, & item, ut possit per sua bona opera im-

petrare, & de congruo obtinere pro aliis aliquod donum supernaturale, vel naturale, nimirum auxilium gratiæ, conversionem à malo statu, sanctitatem, bona temporalia, &c.

2. Quoniam autem hæc Communicatio est omnibus Fidelibus communis, quid supra hanc concedit hic Bulla Cruciatæ? Nihil, Respondeat Ludovicus à Cruce, & Trulench. f. c *Lud.*
sed camdem communicationem novo titulo *Cruc. d.*
acquirendam.

3. Verum probabilius esse debet, aliquid a 24. nro. aliud concedi, quandoquidem adeò signatè f *Trul.*
eam concedere, Pontifex profitetur, &c, ut ex 1. in B.
contextu patet, tanquam novum Privilegiū. *Lam. 3.*

Sed quoniam id aliquid est? Respondeo, num. 3.
si prius memineris opera cuiuscumque Justi
esse meritoria, imputatoria, & satisfactoria.
Et quidem per opera, ut meritoria, quæ vo-
cantur à Theologis meritoria de condigno,
solum justus sicut sibi operantur. At per opera
imputatoria, quæ vocantur à Theologis me-
rita de congruo possunt Fideles imputari, &
mereri de congruo, cum pro se, cum pro aliis,
hoc est, mereri ex liberalitate convenienti
Deo aliquod beneficium sibi, vel alteri.

4. His in memoriam revocatis, fiscalique
discurrunt, quo ad satisfactionem. Petrus V.
G. justus jejunet, V. G. per diem, sanè satisfa-
cit pro aliqua parte pœnæ, quam fortasse ad
hac debet pro suis culpis, vel, si illud jeju-
nium applicet pro aliis, V. G. pro Paulo, valebit
satisfactio talis Jejunii pro pœnis debitibus
à Paulo. At vero si Petrus inveniatur, sive per
alia similia opera, sive per acquisitam Indul-
gentiam Plenariam, nihil omnino debere pro
suis culpis, & ex alia parte pro alio ipso non
applicet, vel si applicet pro alio, hic alius sit
Incapax, puta, quia existit in mortali, vel est
in Gloria, vel est in Gehenna, tunc illa sati-
factionis quantitas Petro super abundans ex
prædicto Jejunio, quæ ipsi non est nece-
ssaria, quæque soli Deo cognita est, reservatur
in Thesauro Ecclesiæ, cuius solus Pontifex,
est distributor. Idem ergo Pontifex per hoc
privilegium Communicationis, de qua lo-
quimur, concedit hoc Beneficium, ut illa sati-
factionis superabundans, antequam reponatur
apud Ecclesias Thefaurum; participeretur
(secundum taxam, quæ à solo item Deo est
præscripta, & nota) ab eo qui Bullam habens
jejunat cum circumstantiis explicatis.

Satisfactio autem dicta, quæ participabi-

Jur.

tur, ecit illa, quæ superabundat in eo puncto, quo habens Bullam modo dicto jejunat, vel fortasse etiam (ut tenet a Gallegus) erunt illæ satisfactions omnes, quæ erunt postea facienda, & non applicanda, durante anno ejusdem Bullæ, quod certe, ut idem notat, b est magnum beneficium. Simile quid dici posset de imperationis fructu, quod videre poteris apud Galleg. c & melius apud Castrop. d

a Galleg.
Claus. 7.
dub. 6.6.
b Idem ibi.
dub. 5.9.
c Galleg.
l.c.
d Castrop.
de Bulla
dij. an. c. I.
dub. 5.9.

Hæc explicatio, quam affert Bardi de Bulla p. 2. II. 4. cap. 2. sec. 1. nu. 7. solum illud habet boni, quod alia melior non occurrit, nam ceterum gratis videtur conficta. Ego autem potius dicere, dari quidem ejusmodi communicationem per Bullam, quandoquidem sic expressè conceditur à Pontifice, sed quænam sit, ignorari, donec Deus dignetur per aliquem, qui ipsi placuerit, declarare.

§. III.

Sub quibus conditionibus predicta concedantur.

1. PRIMÒ, sub Jejunio, vel te non valente jejunare, sub opere tibi commutato à Confessario, vel Parochio. SECUNDÒ, sub oratione fundenda pro unione Principum Christianorum contra Infideles, & pro victoria contra eosdem. Non posse autem hæc opera fieri per alium, ad hunc effectum, videtur manifestum, nam ex modo loquendi Pontificis imponuntur, ut personalia.

2. Jam vero quoad Jejunium, illud debet esse voluntarium, unde non valet ad hunc effectum Jejunium ex penitentia tibi à Confessario impositum, nec Jejunium ex præcepto Ecclesiæ. Scio Ludovicum e à Cruce sustinere, Jejunium Quadragesima sufficere, idque ex præsumpta voluntate Pontificis, qui non est censendus toto illo Quadragesima longo tempore, velle Fideles privare his Indulgenciarum; Scio, inquam, hoc, sed assentire non possum, quia ubi verba disponentis sunt clara, non est locus præsumptioni; at, quid clarius, quam illud, diebus jejunio nō suppositis.

3. Major difficultas est, an satis sit Jejunium ex Voto. Bardicum aliis purat, non sufficere, Gallegus autem, sufficere, quia Pon-

f Bardip.
2. tr. 4. ca.
j. sec. 1. n. 3
g Galleg.
l.c.

titifex excludit Jejunium, præcepto non sup-

positum; & vult, ut sit voluntarium; at Jejunium ex Voto non est Jejunium ex præcepto, & est maximè voluntarium, atq; ex devotio-

novoventis. Non mihi displicet hic discursus.

4. Præterea commutans prædictum Jejunium iis, qui sunt impediti, non potest esse 2- lius, nisi vel Confessarius explicatus supra c. 8. §. 1. nu. 3. vel Parochus: & quia dicit Pontifex (corum arbitrio) arbitrium autem in Jure semper debet esse rationabile; ideo commutatio debet fieri prudenter juxta aliquanta proportionem ad Jejunium, spectata qualitate personæ.

5. Prædictus b Gallegus sustinet, Jejuniū h Galleg. f. um hoc non posse commutari ad hunc effec- c. dub. 6.5. tum in orationem, sed debere commutari in aliud opus bonum pium distinctum ab ora- tione, aitque erravisse Rodriguez, cùm dixit posse in orationem, quia, inquit Gallegus Pontifex vult duo opera, & non solum Ora- tionem. Certe ego puto, id tutius saltem esse, sed non video, unde ita opera duo distincta exigat Pontifex, ut non possit Jejunium per replicatam Orationem compensari.

6. Illud denique hic concedo, quod con- i Castrop. cedat Castropalaus, i nam si quis ex aliqua l.c. p. 5. n. 2 causa infirmitatis, laboris, vel ætatis à præcep- to excusaretur, poterit jejunare ad hunc ef- fectum validè; quia jam illi ejusmodi Jejunium est voluntarium, & supererogationis.

7. Secundò, quoad Orationem funden- k Rodriguez. dam, nihil esset explicandum cum in tenore Bullæ, quæ ad hanc pertinent, sint clara, nisi Rodriquez k cum Castropalaus l scrupulum in Add. quemdam induxisset. Dixit enim hanc Ora- tionem debere esse externam seu vocalem, Bull. §. 7. nec sufficere solam mentalem; quia Pontifex l Castrop. (inquit Rodriquez,) quando præcipit opera t.c. nu. 3. satisactoria, requirit extrema, & visibilia. Ve- rum puto, satis superque esse mentalem, quia quando Pontifex vult vocalem Orationem, illam explicat injungendo Rosarium V. G. Septem Psalmos, Litanias, &c. Quod autem assumit Rodriquez, gratis assumit nos enim dicimus, quamvis Oratio vocalis sit magis proportionata visibili Ecclesiæ, noa tamen semper eam esse necessariam, cùm Pontifex possit concedere Indulgenciam se conterenti V. G. & sœpe solet eam concedere dicenti, JE- m Suar. eo. SII, in corde, si ore non potest. Lege Suar. m 4. in 3. p. d.

8. Sciro deniq; hic duo. PRIMÒ, ad lucran- 52. sec. 5. à dam hanc Indulgenciam, satis esse illam elec- nu. 5. mosynam, quæ datur in acceptione Bullæ, n Galleg. quia aliam non requirit Clausula hæc, ut no- Claus. 7. tat Gallegus. n A a 2 Se- 4. 6. 0.